

HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

RELEASE: AFTERNOON PAPERS OF THURSDAY, JUNE 12, 1969 UNIVERSITY NEWS OFFICE

(Text of the Latin Salutatory Address by Dean P.A. Nicastro of Quincy, Mass., delivered at the Commencement Exercises of Harvard University on Thursday Morning, June 12, 1969. Mr. Nicastro is a candidate for the A.B. degree, with honors.)

"De Beneficiis Lowelliensibus"

Gratissimi te primum salutamus, Nathan Marsh Pusey, praeses huius universitatis, qui novissime non nullis magistris discipulisque errantibus veritatis causa contra anarchiam, contra demagogiam rem nostram Harvardianam intrepide defendisti.

Te quoque salutamus, clarissime Rei Publicae gubernator, o Sargent sagacissime. Longe absint tibi hodie ista proelia senatoria; et Cantabrigiae gratum ac meritum negotiorum Transcarolinorum perfugium invenias.

Salvete et vos, Socii et Inspectores prudentissimi; sine vobis ac sine vestra auctoritate non integra esse potest universitas, nec libera, nec fortis.

Item vos iubeo salvere, pastores sanctissimi, qui nos more maiorum e caligine tenebrisque intra luminis oras produxistis.

Nec vos denique velim praeterire, o puellae Radcliffienses, vel potius iam Harvardianae. Vos certe ad venustatem tam proprius estis, quam longius ab insipientia.

Gaudete omnes!

(more)

Nam sexagesimum annum iam celebramus, amici, cum inter faustissima sollemnia Abbott Lavrentius Lowell, eruditus iuris doctor, egregius civilis scientiae professor, firmus veritatis libere adpetendae defensor, in huius universitatis praefecturam intravit. Quo in officio multa et magna suae in societatem Harvardianam benignitatis vestigia reliquit. Ille huius Collegi certus amicus multis oppositis Domos Harvardianas fortiter instituit quae quadraginta annos in gaudium omnium sapientium eventibus suis illius initia magnopere comprobavit; et, cum ad Domos aedificandas Edvardi Harkness, viri summae perspicientiae quamvis Collegi Yaliensis alumni, donum large accepit, eum atque omnes filios Yalienses bene docuit quomodo eorum pecuniam promptiores manus Cantabrigiae prospectarent quam in Novo Portu, ubi, propter illam ingeni tarditatem quae cum omnibus qui tam longe a sede Veritatis sunt educati est communis, de simili eiusdem Harkness dono accipiendo liberaliter est dubitatum. Cum autem in Collegium Harvardianum Abbott Lowell ad bonas artes adjuvandas disciplinam tutelariam induxit, tum magno favore illi plausum est a multis discipulis qui illius tutela ad Baccalauream adhibita pauciores scholas audiverunt, saepius vacaverunt, ac maiore studio alia adpetiverunt quae eorum quidem sententia Veritate veriora videbantur. Tamen ex omnibus voluptatibus otiosisque quibus Abbott Lowell ad liberales artes austere

(more)

adsequendas opus esse putavit nihil tam universe gratum, tam vere utile, et, ut vereor, tam saepe magnopereque necessarium fuit quam nostra perlegendi spatia, quibus omnes discipulos id minus quattuordecim diebus efficere docuit quod plus tribus mensibus efficere nequierant, vel potius non effecerant. Atque erga Abbott Lowell propterea inusitate gratissimi fuerunt filii Harvardiani et puellae Radcliffienses et non nulli discipuli laureati, quod intra fastos scholasticos litterae idoneo loco aptatae essent; bis enim quotannis Abbott Lowell, ut magis rap- tim eruditionis rotae volverentur, sua benignitate suas Domos vacuefaciebat et Harvardianas bibliothecas discipulis implebat. Etiamnunc, cum annus ad spatia perlegendi venit, veniunt item in omnes nostras bibliothecas novi amici, e Domibus adventi, qui ut sellam capiant, zothecam occupent, aliquem tardum impro- vidumque discipulum laureatum ab eius officina Wideneriana li- berent, honestissimum ac semiannuum certaminis spiritum prae- bent. Sed non credere debemus, furorem tumultumque discipulo- rum qui ob perlegendi spatia bibliothecas offendunt sine volup- tate fieri; nam saepe zothecis sellisque inundatis complures discipuli in atria ac scalas fluunt, ubi veteres amicos in- veniunt, somnum, quamvis incommodum capiunt, verum bibliothecae usum cognoscunt.

Itaque cum alumnis Harvardianis ac sororibus Radcliffiensi-

(more)

bus atque omnibus discipulis collegiatis laureatisque illa magna beneficia Lowelliensia clara voce salutemus; ab his honoratis pulpitis et inter haec augusta sollemnia et apud tot filios amicosque Harvardianos eius laudes merito celebremus qui nobis et voluptatem otiumque dedit et bis quotannis turbam cursumque Veritatis.

Floreat nomen Lowelliense!

"The Good Works of Abbott Lawrence Lowell"

Most gratefully do we salute you first and foremost, Nathan Marsh Pusey, president of the University. Undaunted in the cause of Truth, you recently defended Harvard against anarchy and demagoguery, while not a few teachers and students went astray.

We welcome you also, most illustrious governor of the Commonwealth, most sagacious Sargent. Today may you be free from those senatorial contests on Beacon Hill, and may you find here in Cambridge a pleasant and well-deserved refuge from your toils across the Charles.

Hail also, most judicious Fellows and Overseers. Without you and without your guiding presence this university can be not sound, nor free, nor vigorous.

And I bid you welcome, most devout Preachers, who, as of

(more)

old, have led us forth from the darksome mist onto the shores of light.

Finally, I would not wish to forget you, o maids of Radcliffe, or, should I say, soon to be maids of Harvard? To be sure, in proportion as you are charming, are you also intelligent.

Rejoice, one and all!

For this year, my friends, we celebrate the sixtieth anniversary since Abbott Lawrence Lowell, a learned doctor of the law, and outstanding professor of government, and a steadfast defender of academic freedom, ascended to the presidency of this university amid most auspicious ceremonies. As President, Mr. Lowell left many a mark of his sterling services to the Harvard Community. In the face of much opposition, he, a true friend of the College, set up the plan of the Harvard Houses, which by their success of forty years have, to the universal satisfaction of those who know, indeed proved the wisdom of his undertaking. And when, in order to begin construction of the Houses, he generously accepted the gift of Edward Harkness, a man of uncommon foresight notwithstanding four year's schooling in Yale College, he showed Mr. Harkness and all the sons of Yale how the purses of Cambridge were more eager to receive their money than were those of New Haven, where, on account of that well-known dullness of wit, common to those schooled so far from the Seat of Truth, acceptance of a

(more)

similar donation from the same Mr. Harkness was long delayed.

Moreover, when, for the advancement of the liberal arts, Mr. Lowell introduced the tutorial system into Harvard College, he was roundly applauded by countless students, who, by taking their tutorials for credit toward the A.B. degree, attended fewer lectures, had more leisure time, and more zealously pursued other goals which they knew to be truer than Truth.

But of all the pleasant conveniences which Mr. Lowell thought were necessary for the austere pursuit of knowledge, none was so universally appreciated, so truly helpful, and (I fear) so often and urgently necessary as the reading period. By this innovation he showed all students how to do in less than two weeks what they could not do (or is it, did not do?) in more than three months. And so were the Sons of Harvard, the girls at Radcliffe, and not a few graduate students extraordinarily grateful to Mr. Lowell, when study was assigned its proper place in the school calendar; for twice each year, in order that the wheels of scholarship might turn at a hastier spin, Abbott Lowell would generously empty the Houses of students to fill the libraries of Harvard. Even today, at the arrival of each reading period new friends are seen wending their way up from their Houses to the several university libraries, where, in the fight to capture a desk, to seize an alcove, or to liberate some slow and unwitting graduate student from his study in Widener, they

(more)

display that honorable and semiannual spirit of competition. But we should not imagine that the frenzy and commotion of students who beset our libraries during the reading periods are fully without benefit or joy. For oftentimes, when the alcoves and desks are overflowing with occupants, more than a few students stream into the corridors and stairwells, where they renew old acquaintances, catch a quick, however uncomfortable nap, and, in so doing, learn the real use of a university library.

Therefore, together with the alumni of Harvard, our sisters at Radcliffe, and all the students in the College and in our graduate schools let us hail the great accomplishments of Abbott Lawrence Lowell; from this honored platform and amid these august festivities, and in the presence of so many Sons and friends of Harvard let us fittingly sing the praises of the man who gave us greater joy, more leisure, and our semiannual race toward Truth.

May the name of Lowell flourish!